

dit eis potestatem filios Dei fieri : his qui cre-
dunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus,
neque ex voluntate carnis , neque ex voluntate
viri ; sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro
factum est , & habitavit in nobis. Et vidimus
gloriam ejus, gloriam , quasi Unigeniti à Patre,
plenum gratiæ & veritatis.

Sic concludendo:

Per ista Evangelica dicta indulgeat nobis Do-
minus universa nostra delicta. Amén.

ORATIO VEL EXORCISMUS LIBERA- TIVUS ET PRÆSERVATIVUS.]

*Ab omnibus maleficorum , tum dæmonum
infestationibus.*

Qui verbum caro factum est , & habitavit in
nobis, nascens ex Maria Virgine, per in-
effabilem pietatem , & misericordiam suam pi-
issimam : & per intercessionem ejusdem Beatæ
Mariæ Virginis, & Angelorum , Sanctorumque
omnium , & maximè Apostolorum & Evange-
listarum suorum Joannis & Matthæi , Marci &
Lucæ , ipsum quæso , ut dignetur N. liberare,
& conservare ab omni infestatione satanæ &
ministrorum ejus. Qui cum Patre & Spiritu S.
vivit & regnat. Ecce enim Crucem + Domini
nostrí Jesu Christi , in qua salus , vita & resur-
rectio nostra, confusio omnium maleficorum ac
dæmonum. Fugite ergò partes adversæ ; nam
ego conjuro vos dæmones infernales, & spiritus
malignos, cujuscunque generis , ita præsentes,
sicut absentes, quomodo cunque , & sub quo-
cunque praetextu aut vocatos , aut invocatos,

aut

aut sponte, aut missos, aut per incantationem, seu per artem malorum hominum, aut mulierum properatis ad habitandum, vel molestandum, quatenus semotâ diabolicâ fraude incontinenter debeatis † per Deum vivum, † verum, † sanctum, † Patrem, † Filium, † & Spiritum Sanctum, præsertim per eum, † qui in Isaac est immolatus, † & in Joseph venundatus, † in agno occisus, † in homine crucifixus, in cujus sanguine viceruat vos, quando Michaël pugnavit vobiscum, & fecit victoriam recedere, appropinquantes retrocedere, nec valeatis sub quocunque praetextu molestare Creaturam istam, nec in corpore, nec extra corpus, nec per visionem, nec per terrorem, neque de die, neque de nocte, nec dormiendo, nec vigilando, nec comedendo, nec orando, nec aliquid naturale, nec spirituale faciendo, aliter vobis infundo † omnes maledictiones, excommunicationes † & penas tormentorum detrusionis in stagnum ignis & sulphuris, per manus inimicorum vestrorum Sancta Trinitate jubente, Michaële Archangelo exequente.

Nam si tenemini aliquo vinculo præcepti, adorationis, suffumigii, innodationis, artis & facturaræ, ad quemcunque perversum finem & effectum compilato & fabricato, sive in herbis, verbis, lapidibus, elementalibus, sive naturalia sint, sive simplicia, aut mixta, temporalia aut spiritualia, aut sacramentalia, aut in nominibus magni Dei, aut Angelorum, sive in characteribus, horis, minutis, diebus, anno, mense, superstitiosè observato, cum pacto espresso, aut tacito,

etiam juramento firmato, omnia illa † irrito, annullo, destruo, per Potentiam Patris, qui totum mundum creavit, † per sapientiam Filii Redemptoris, † per bonitatem Spiritus sancti, qui totam legem adimplevit, qui est, † erat, † venturus est, † Heli † Heloym † Sother † Emmanuel † Sabaoth † Agla † Tetragrammaton † Omnipotens Agios † Otheos † Ischiros † Athanatos † Jehova, † Alpha & Omega † Principium & Finis † Ya † Adonay † Saday † Homousion † Messias † Escreheye † Increatus Pater, † Increatus Filius, † Increatus Spiritus sanctus, † Jesus Christus vincit † Christus regnat, † Christus imperat, † si diabolus ligavit vel tentavit te, suo effectu, vel per sua opera.

Extinguatur ergo in Creatura ista, & fugetur omnis virtus diabolica per delationem sanctissimae Crucis, invocationemque Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, nec non B. Virginis, & omnium in celo regnantium cum Agno occiso ab origine mundi, & benè viventium in Ecclesia sancta Dei.

Recedite ergo, ut sicut fumus jecoris piscis combusti, dictante Raphaële, spiritum à Sara fugavit; ita benedictiones istae expellant vos, ut non audeatis accedere ad hanc Creaturam insignitam signo sanctæ † Crucis, per millaria centrum, quia mandatum meum non est meum, sed ejus, qui missus est à sinu Patris, ut opera vestra destrueret, ut in ara Crucis destruxit, nobis taliem dedit potestatem, ad gloriam suam, & utilitatem fidelium, vobis imperandi, prout imperamus

mus & præcipimus, ut non audeatis accedere.
Per Christum Dominum nostrum. † Ecce Cru-
cem Domini, fugite partes adversæ, vicit Leo de
tribu Juda, radix David. Alleluja. Amen. Amen.
Amen. Fiat. Fiat.

Instructio Obstetricum.

1. Necessæ est: ut ante omnia formam Baptizandi
bene sciant dicendo Lingua vulgari: Ich tauſe
dich im Namen des Vaters † und des Soh-
nes † und des heiligen † Geistes Amen.
2. Ut in nullo alio liquore infantes baptizent,
præterquam sola aqua naturali, puta puteali,
fontana, pluviali &c.
3. Ut in baptizandis parvulis hoc intendant fa-
cere, quod facit Ecclesia catholica, cum eos
baptizat.
4. Ut nunquam ad levandum partus dolores,
vel ad partum accelerandum superstitiones aut
illicitas artes circa infantes aut parturientes
matres adhibeant.
5. Ut ab illarum prolium Baptismo semper ab-
ſtineant, quas mortuas viderint, nec ullum
vitæ signum edere.
6. Ut nunquam baptizent pueros, nisi in necessi-
tate hoc est, ubi mortis periculum metuitur.
7. Ut si puer periculum evaserit, quamprimum
deferant ad Ecclesiam, ut à Sacerdote omnes
omissæ ceremoniæ & sacræ Unctiones sup-
plementantur, ipsæque, quod à se factum, Pastorū
aperiant.
8. Ut si partus sit difficultis, & infanti periculum
immineat, siquidem Caput emerserit, bapti-
zari possit, nec necesse ullum postea fieri Bap-
tis-